Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



omnes barbaras nationes. ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flec
tamus g. Omnipotens semper deus in cuius manu sunt omnium potesta
tes. et omnia iura regnorum. respice ad christianum benignus im
perium. ut gentes que in sua feritate confidunt. potentie tue
dextera comprimantur. Leuate. P. Oremus. et pro cathecumi
nis nostris. ut deus et dominus noster ad aperiat aures precordiorum ip
sorum. ianuamque misericordie. ut per lauachrum regenerationis
accepta remissione omnium peccatorum. et ipsi digni inueniantur
in christo ihesu domino nostro. Oremus. Flectamus g. Omnipotens semper
deus. qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas. auge fi
dem et intellectum cathecuminis nostris. ut renati fonte
baptismatis. ad optionis tue filiis aggregentur. Leuate.
P. Oremus. dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem. ut
cunctis mundum purget erroribus. morbos auferat. famem
depellat. aperiat carceres. uincula dissoluat. peregrinantibus
reditum. infirmantibus sanitatem. nauigantibus portum salutis
indulgeat. Oremus. Flectamus g. Omnipotens semper deus mestorum
consolatio. laborantium fortitudo. perueniant ad preces de quacumque
tribulatione clamantium. ut omnes sibi in necessitatibus suis
misericordiam gaudeant affuisse. Leuate. P. Oremus.
et pro hereticis et scismaticis. ut deus ac dominus noster eruat eos ab
erroribus uniuersis. et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque
apostolicam reuocare dignetur. Oremus. Flectamus g. Om
nipotens semper deus qui saluas omnes et neminem uis peri
re. respice ad animas diabolica fraude deceptas. ut omni
heretica prauitate deposita errantium corda resipiscant. et
ad ueritatis tue reddeant unitatem. Leuate. P. Oremus.